Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

temporibus omnis sacratus uir cum mediocri aut uili ueste conuersabatur.
Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter uenustatem accipitur
elationis habet calumpniam. quemadmodum magnus ait Basilius.
Sed neque ex sericis texturis uestem quis uariatam induebat. neque ap
ponebat uariorum colorum ornamenta in summitate uestimentorum. Au
dierant enim quia qui mollibus uestibus uestiuntur. in domibus regum sunt.
§ Suum uero episcopum relinquere. uel ab officio suo discedere. atque ad secularem iu
dicem confugere. nulli licet. Unde in agathensi concilio legitur. .V. Q.
Placuit ut clericus si relicto officio suo propter districtionem ad se
cularem iudicem fortasse confugerit. et is ad quem recurrit solatium ei
defensionis impendit. cum eodem de ecclesie communione pellatur.
Item ex concilio antioceno. Presbiter uel diaconus ab episcopo depositus impe-
Siquis a proprio episcopo depositus presbiter uel diaconus. aut etiam -ratorem non adeant. j. xxiii. Q. viii. Siquis epc.
si a synodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus. molestiam imperia Si uerbis. j quisquis.
libus auribus inferre non presumat. sed ad maiorum episcoporum synodum sese S. xi. Q. i. Placuit ut
conuertat. et que se habere putat iusta in eorum conciliis alleget. atque
ab his de se expectet que fuerint deprompta sententia. Quod
si deficiens pusillanimis hoc noluerit facere. sed importunus
fuerit imperatori. huiusmodi ueniam nullomodo habere neque locum ullius
assertionis sue nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.
Explicit liber xxii. Incipit xxiii. xxii causa
DE IURAMENTIS.

VIDAM. EPISCOPO. IURAVIT.
falsum quod putabat uerum. Quo comperto. ar
chidiaconus cui iurauit numquam prestaturum
ei obedientiam. Compellitur archidiaconus ab episcopo
ad exhibendam sibi consuetam reuerentiam. Accusatur
episcopus de duplici periurio. et de eo quod falsum
iurauit. et quia archidiaconum ad periurandum compellit. Primum
queritur: an iuramentum sit prestandum uel non. II. si sit periurus qui iurat
falsum quod putat uerum. III. si liceat archidiacono denegare
episcopo consuetam obedientiam. IIII. si constiterit esse illicitum quod iurauit